

S. VIII. 33.

EPICEDIA

*In obitum prematurum optima spei adolescentuli*

**PAULI SCHERTZII,**

*Viri Reverendi, Clarissimi & Excellentissimi*

**DN. PAULI SCHERTZII, p. m. Pastoris**  
**ad S. Jacobi meritissimi**


*filiij*

*Qui natus Anno CIO IOC XVI. VI. CALEND.*

*August. Denatus Anno c15 15c. XXX. XII. Calend. Novem-*

*bris hora 4. matutina. Sepultus honorificè in templo Jacobæ*

*IX. Calend. Novembris.*



**STETINI, Excudebantur Literis GEORGII**  
**GOETSCHII.**

EMIGEDIA

In forma grammaticae veteris & modernae

# PAULI SCHERTZII

Viri Reverendi, Classici & Excellentissimi  
Dr. PAULI SCHERTZII, p. of. Historiae

ad S. Jacobi mensuram


an

Qui notus anno MDCCCXIII

hujus, Decembris die XXII. in

his part. & mutation. Spulm. honoris in reg. S. Jacobi

IX. Calend. Decembris



STETTINI, Excubentur Editus GEORGI

GOETSCHE

*Reverendo, Clarissimoq; Viro,*  
**DN. CHRISTOPHORO SCHULTETO,**  
*S. S. Theol. D. Adfini & Amico honoran-*  
*do, pramaturum Adfinis sui Obitum*  
*lugenti S.*



*Lare Vir, Adfinem Tibi, Fratrem Coniugi,*  
*Et una*

*Prob! Socrui Natum Mors inopina rapit!*

*Hinc equidem Vobis Triplex modò lu-*  
*cus obortus,*

*Ast illi Triplex Gaudium in arce poli.*

*Namq; ibi de facie ad faciem videt ille Jehovam,*

*Amisſi fruitur colloquiòq; Patris.*

*Cœtibus Angelicis junctus sine fine supremo*

*Æternoq; DEO carmina grata canit.*

*Idcirco luctum deponas, obsecro, nec jam*

*Adfini inideas gaudia tanta tuo.*

*And. Hildebrandt, Med. D.*

---

**E***T te mors hominum domitrix, mi PAULE, pere-*  
*mit.*  
*Armare in juvenem scilicet ausa manus.*

*Te*

Te, sperabam equidem, non degenerem fore patriæ  
Natum, omen tibi cum nomine inesse putans.  
Spes mea sed fallax fuit, hanc violentia mortis  
Elasit, Schertzi, dum cadis ante diem.  
Heu, queror hoc fatum, queror & perterritus adsto,  
Dum cerno te ævi primitijs morier  
Desino, SCHERTZIADES, tua fata celerrima mortis  
Plangere: Nam CHRISTO vivis & haut moreris.

Veræ cōpitiæ ergò  
apponebat

Laurentius Eichstadius, Medic. D.  
& Reipubl. patriæ Stetinensis Physicus  
Ordinarius.

---

**P**ertæsa tellus ferre diutius  
Mortalium fraudes, scelera & dolos,  
Hanc excutit molem, incolasq;  
Peste, fame enecat atq; bello.  
Promiscuè sed corripit & pios  
Et impios, lex æqua data omnibus:  
Non pauperi, non ditiori  
Parcitur, haud juveni seniq;  
Te PAULE, primis te quoq; adhuc in annis  
[Sane dolendum istud] carpere amplius  
Ter-



Terra abnuat, vivos nec inter  
Ulterius potes esse vivus.  
Quem terra vivum non capit amplius  
Sedes Beatorum excipit hunc polus.  
O ter beatus, quam Jehovahæ  
In gremio recubas quietus!  
Gaude Beatis junctus & Angelis,  
Coeliq; factus jam novus incola:  
Non inde mors te pellet ulla,  
Non ibi pestis atrox nocebit.

*Balthasar Köller, ad  
D. Job. P.*

---

**V**iderat è calis Antistes SCHERZIUS orbem  
Turbari & miserum mille perire modis  
Ergo recordatus gnati cognominis, illum  
Optavit secum vivere in axe poli.  
Fit voti compos. Teneris sic occidit annis  
Paulus Scherziades, cum patre letus orans.

**E**n Priester wolverdient als er vntlangst verstorben  
Anseh vom Himmels thron die Welt so gar verdorben/  
Watt er vor seinen Sohn / das ihm schad keine Noth/  
Da sprach Gott / vñ nam ihn Jung hinweg durch den Todt.

*avTx.*

M. Johannes Micrælius.

A 3

PAU-

**P**AULE, Patris clari quondam lectissime Fili,  
Linquere cur properas climata lata soli?  
Linquere cur properas Matrem, cum Fratre Sororem,  
Adunemq; piò Te qui amore colunt?  
Nescis, quod Patri cognominis, omine fausto  
Clari Joberes æmulus esse Patris?  
Ingenium Tibi non deerat, nec nervus, ad ipsam  
Parnassi culmen scandere quò poteras.  
Sed, quia spe citius perfectus redditus almâ  
Æqualis Patri sede beatus ovas,  
Invidet obientam sortem Tibi nemo tuorum,  
Obtigit in cœlis quæ tibi mortis ope.

*Consol. causa ser. cognatus*

M. Martinus Bambanius.

---

**H**eu morte Scherzius jacet captus truci,  
Magni ille Scherzius parentis filius,  
Et gloriæ speratus æquè ac nominis  
Futurus hæres, ille matris optime  
Solamen, ille gaudium viduo in sinu,  
Pueritiæ flos, nostræq; expectatio,  
Heu morte Scherzius jacet raptus truci,  
Et morte Scherzij jacent hæc omnia.  
Sed hæc annæ perpetuò jacent hæc omnia?  
Non illa: sed redibit olim Scherzius  
Magno ille Scherzio parenti filius  
Et gloriæ speratus æquè ac nominis.

*Æter*

*Æternus hares, ille matris optime  
Solamen atq; gaudium tacito in sinu:  
Sic morte surget Scherzius demptâ truci  
Illo die, quando resurgent omnia.*

M. David Malichius.

---

*Ad pië defunctum juvenem*  
**PAULUM SCHERTZIUM.**

**E**heu! Mortales, nostra est quàm vita caduca,  
quæ Vernus veluti flos cadit ante diem.  
Nam juvenes teneros primâ accedente juventâ,  
non oblita senum, Mors inopina vocat.  
Natarum, dolor heu! testantur funera mœsta,  
nupera Mors tristis quas tulit ante diem.  
Illas, PAULÉ, tuæ percarâ abreptus ab ulnis  
Matris, tu sequeris perceleriq; gradu.  
Ito salutatum Natas, in culmine cœli,  
Vos Christus Sponfos jungat, adornet, amet.  
Nos nostros terris volumus tolerare labores,  
Donec Mors tacito nos vocet atra pede.

*Ultimi honores, amoris & grata recordationis  
erga pië defunctum, ejusq; totam familiam  
maestus ponebat.*

**Christophorus Stecherus, non tam  
pië demortuum quam conjugem, Ma-  
trem cum tribus p. m. dilectissimis Fi-  
liabus anxie deplorans.**

Ad

Ad Defunctum.

**A** Nne jocos agites, an seria, dic mihi Paule?  
Sed quid quero, res ipsa satis loquitur.  
Non jocus est: corpus sine mente, matrem sine gnato,  
Me sine Discipulo lux hodierna videt.

Ab nimium declinans à cognomine fallis  
Vicinos omnes sanguineosq, tuos!

Verùm laus Christo Jesu, qui fecit ut ipsâ  
Morte tuâ possis nomen habere joci.

Mors etenim tua non est mors, sed janua vitæ:  
Ac abitus, veram est in patriam reditus.

ultimi amoris & honoris conte-  
standi gratia scr.

Jacobus Malichius, Zan. Pom.

defuncti p. t. Pedagogus.

F I N I S.





92116 **Bibliotheca** 105 000  
**P.P. Camaldulensium in Bielany**

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



06393

S.VIII.33

